UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ss. Martyrvm Crvciatibvs Antonii Gallonii Rom. Congregationis Oratorii Presbyteri Liber

Gallonio, Antonio

Romae, 1594

Widmung

urn:nbn:de:hbz:466:1-10704

Visual Library

SANCTISSIMO
ET BEATISSIMO
PATRI
ET D.N. CLEMENTI VIII.
PONTIFICI MAXIMO
ANTONIVS GALLONIVS
Presbyter Congregationis Oratorij
ſempiternam felicitatem.

Libellum, Beatissime Pater, quem ſuperioribus annis de Instrumentis Italice conſcripſeram, deq. varijs cruciandi generibus, quibus olim inuicti Chriſti milites martyrij palmam ſunt conſecuti, a me hoc tempore, vt par erat, Latinitate donatum, & auctum, Sanctitati tuæ offerendum putaui. Aequum enim congruumq. viſum eſt mihi, vt opus, quo ſanctorum martyrum cum laudes, tum victoriæ continerentur, tibi, ſacroſanctæ vniuerſæq. Chriſti Eccleſiæ capiti, quam proprio illi

ſanguine plantarunt, dicaretur. Accipe igitur, SANCTISSIME PATER, *exiguum hoc munus, iure tibi debitum: mihiq. omnium ſacerdotum infimo Congregationis Oratorij, Beatitudini tuæ perpetuo addictiſſimæ, benedictionem vel minimam impertire ne dedigneris. Concedat tibi Deus, cuius nunc vices geris, diuturnam proſperamq. vitam, gratiæq. plenitudinem, vt poſt multos multoſq. laboris annos eius cauſa ſuſcepti, merearis cum grege curæ tuæ demandato, ad ſempiterna Paradiſi gaudia feliciter fauſteq. peruenire.*

PETRVS

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN